



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

28. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in  
remissionem peccatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

seu actio Cœnæ est corpus meum seu participatio eius per fidem. Refert Vvestphalus loco citato. Post hos omnes Sa-  
cramentarios Caluinus non simplicem h̄ic figurā aut signum ponit, quod esse potest sine re signata, sed metonymiam sta-  
tuit, hoc modo : *Hoc est corpus meum*, id est, sub symbolo pa-  
nis continetur corpus Christi: sed ita continetur, ut quantum cælum distat à terra, tantum corpus Christi distet à pane vel  
à Cœna: contineri tamen, quia manducentes hunc panem,  
per fidem in cælum concendimus, & inde ad nos deducimus,  
non ipsum Christi corpus, sed quandam eius vim viuificam,  
qua animæ nostræ pascuntur. Cuius singularem dementiam  
mox specialiter refutabimus. Interea Lutherani, qui verita-  
tem corporis Christi cum pane subsistere volunt, multos ab-  
surdos sensus confingunt. Primum ipsum panem esse corpus  
Christi, vbi res naturæ disparatæ de se inuicem prædicantur;  
deinde sub pane esse corpus Christi, quod non nisi in figuram  
resoluitur; mox cum pane esse corpus Christi, vbi vniōnem  
coguntur fingere quasi hypostaticam inter panem & corpus  
Christi; tandem in pane sic esse corpus Christi sicut in aliis  
omnibus rebus est per omnipotentiam & diuinitatem suam,  
quæ Vbiquitatorum propria insanía est. Ita relicto proprio  
& literali verborum Christi sensu, tam varias & repugnantes  
expositiones cæca hominum & temeraria ingenia pepere-  
runt, idque usque ad numerum 84. vt. sigillatim recenseret  
Claud. de Sancte Repetit. i. c. ultimo.

28. *Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro mul-  
tis effundetur in remissionem peccatorum.*

**H**Æc sacratissima verba diligenter expensa & bene intel-  
lecta, ad omnes veritatis Eucharisticae hostes penitus  
fugandos atque fundendos sola sufficiunt. Dicit Christus de  
porrecto calice, id est, de vino in calice, nō solū, *Hic est san-  
guis meus*, sed addit, noui testamenti. Proficitur ergo hoc quod  
in calice bibimus, esse noui testamenti sanguinem: id est, esse  
illum sanguinem quo nouum testamentum conditur & de-  
dicitur, idque propter remissionem peccatorum. At nouum  
testamentum, cuius proprius effectus est remissio peccato-  
rum, & bonorum operum gratia, iuxta clarissima Hieremias  
verba cap. 31. non nisi in ipso Christi sanguine dedicatur &  
confirmatur, vt Paulus ad Hebr. cap. 10. perspicuè docet: quia  
sine sanguine non fit remissio peccatorum.

Caluini sen-  
tentia pro-  
pria mox  
refutada.  
¶.

Lutheranorum va-  
ria senten-  
tia.  
1.  
2.  
3.  
4.

Hic in omnem se torquet partem tortuosus ille serpens per ora hereticorum. Primum acriter virgent, nō de vino sed de calice dici, quod sit nouum testamentū in sanguine Christi: calix autem seu pōculum non nisi metonymicos & figuratiū hoc dici potest quatenus continet vinum: ergo nec vinum ipsum alio sensu quam figuratio, sanguis noui testamenti vocabitur. Ait hoc loco Caluinus. Non dicit Christus, Hoc est sanguis meus, sed, Hic est calix, ergo & calix convertitur in sanguinem. Necepe vegeta verba Lucæ, qui sic habet: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo. Sed calicem hoc loco pro eo quod in calice erat, iuxta notissimum tropum recipi id quod Lucas adiunxit, manifeste conuincit. Quod pro vobis fundetur. Haec adiuncta verba, quia veritatem sanguinis in calice praesentis luculententer docent, impius Beza

*B. 7. a. Lu-*  
*cum sole-*  
*cis miti, ar-*  
*gente.*

audet dicere, *Vel quum in margine stetissent, in textum postea irreppisse*, vel manifestum esse solacissimum, & legendum esse participium in ablative casu, quod Lucas ponit in nominativo: nempe, *τὸν ἡμῶν οἰκουμένων*, & non, ut omnes codices habent, *τὸν οἰκουμένων*. Nam in nominativo positum, conuenit cum calice; in ablative positū conuenit cū sanguine. Sed D. Lucas posuit (vi omnes codices habent, quod ipse Beza fatetur) in nominativo, ut conueniret cum, *Hic calix, τοῦ τοῦ οἰκουμένων*, & sic intelligeremus in ipso calice esse sanguinem noui testamenti, quod apertius Matthæus & Marcus dixerunt: *Hic est sanguis meus noui testamenti*. Scripturæ ergo utrumque dicitur; *Hic est calix nouum testamentum in mea sanguine*, apud Lucam; & *Hic est sanguis meus noui testamenti*, apud Matth. & Marcum. Solum alterum agnoscat Caluinus, impudentissime negans quod apud Matth. & Marcum est. Quorum etiam verba corrup̄t Beza vertendo apud

*B. 7. a. rur-*  
*sum textū*  
*corrumpit*

utrumque: *Hoc est sanguis meus noui illius testamenti, &c.* Nisi sanguis de pōculo prædictor, atque ita metonymia necessaria in resiliatur. Si legamus, *Hic est sanguis meus* (ait Beza) nullum estiphiatus propositionis subiectum præter ipsum sanguinem qui Christi esse dicatur. A qui homo impius advertere debuit tam Ecclesiastem tam orum hactenus semper ita intellectisse, quia ex certa fide credebat non aliud huius propositionis esse subiectum, quam id quod enuntiat prædictum videlicet sanguinem Christi. Sed probare conatur, vnde esse subiectum in hac Christi propositione, quia Lucas dixit, *Hic calix est nouum testamentum, &c.* Calicis autem nomine id quod in calice erat, intelligendum esse, vinum videlicet

Atq[ue]

Atqui ut textum Matth. & Marcum corrumperet ex verbis Lucæ ipsa Lucæ verba solœcismi arguere impudentissimus hæreticus ausus est, ut iam diximus. Stante quippe grammatico & congruo sensu verborum Lucæ, ut in Græco habentur, ubi calix ipse effundi dicitur in remissi. peccatorum, necessariò calicis nomine, non vinum in calice, sed sanguis in calice intelligendus est, iuxta verba Matthæi & Marci.

Citat Beza Basilium legentem Lucæ verba in ablative casu Regula 21. An non vero pulchrum hoc est, deserta textus Euangelici receptissima lectione, ad unius scriptoris Ecclesiastici lectionem confugere? Quasi vero non multo facilis sit textum Basilij corruptum aut incorrectè editum fuisse, quam Diuini Lucæ textum solœcismo laborare? Neque enim illa verba tractat Basilius quasi in quarto casu legisset, sed ipsa Scripturæ verba simpliciter allegat: quæ vitio, ut appetat, typographi, aut alicuius sciolii temeritate aliter leguntur quam in textu sacro.

Premunt adhuc hæretici, quod Lucas & Paulus non sic referant Christi verba, ut dicat de calice, *Hic est sanguis meus noui testamenti*, sicut Matthæus & Marcus dicunt; sed sic, *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo*. Hic enim quasi triumphans Caluinus ita scribit hoc loco. *Hinc colligere promptum est, quam superstitioni sint Papistæ & similes (Lutheranos intelligit) dum verba mordicus arripiunt.* Quamvis enim creperint, hec Spiritus Sancti expositor reiçerint non potest, quod calix vocetur sanguis, quia testamentum est in sanguine. Atqui eadem est panis ratio. Vnde sequetur: *vocari corpus, quia testamentum est in corpore. Christus ergo sui sermonis idoneus interpres palam ostendit non alia ratione se panem vocasse corpus suum, & calicem sanguinem suum, nisi quia nobiscum fœdus aeternum pepigit, ut sacrificio semel oblato spiritualiter nunc epulemur, quia fœdus hoc non nisi spirituali corporis mandatione & sanguinis potionē sanctitur, ut firmum sit & efficax.* Hæc Caluinus. Ceterum antequam Caluini cavilla diluamus, duo hic explicanda sunt:

primum quæ sit causa discribinis in verbis Lucæ ac Pauli à Cœna. Lucas  
verbis Matthæi ac Marci. Deinde an ista spiritualis mandu- ac Paulus  
catio & potio sufficiant ad noui testamenti pactionem quam aliter ver-  
hic in Cœna fieri Christus affirmat. ba Cœna  
referunt  
quam  
Matth. &  
Marcus.

Ad prius quod attinet, attendendum est Euangelistas in hac historia Cœnæ Eucharisticæ tria nos docere, tametsi paucissimis verbis. Primum quid, Christus illuc dedit in cibū

ac potum, nempe *corpus & sanguinem suum*. Deinde in quem finem illa dedit, nempe ad sanc*tendum nouum fœdus ac testamentum*. Tertiò quomodo hoc fœdus perficiatur, nempe ea distribuendo in esum & potum. Horum trium primum Matthæus & Marcus luculenter expesserunt in verbis que nunc tractamus. Secundum Lucas & Paulus exposuerunt, dicendo de calice, quod esset nouum testamentum in sanguine Christi, id est, per sanguinem eius: vbi causam & instrumentum condendi tunc fœderis exprimunt. Planius & plenius nouum testamentum in sanguine, quām *Sanguis noui testamenti*. Nam sanguis sanc*tendū* noui testamenti dici potest, qui quoqua modo ad nouum testamentum pertinet, siue per modum signi, siue per modum materiae, siue etiam causæ. Sed nouum testamentum in sanguine, ostendit calicem porrectum non solum noui testamenti aliquo modo esse, sed esse ipsum nouum testamentum, fœdus, ac pactum per sanguinem Christi; id est, in hunc finem illic in calice sisti, ut per eum nouum testamentum fœdus in-eatur. Idem verò & in corpore Christi fieri non negamus, nisi quod illud est corpus victimæ, quo solo præsente fœderi percuti non solent; sanguis verò effusus, aspersus, & cōmuni-catus est tota materia fœderalis, & percutiēdi fœderis complementū. Quæ causa est, cur ad sanguinem, non ad corpus, noui testamenti mentio ab Evangelistis fiat. Tertium verò de modo hoc fœdus ac nouum testamentū irreundi ac perficiendi describunt Matthæus & Marcus, in illis verbis, *Bibite ex hu-mis, vbi etiam Marcus addit, Et biberunt ex eo omnes*. Iam enim hac actione bibendi adimpletum fuit ex parte Apostolorum nouum testamentū cum Deo; sicuti aspersione sanguinis in populū quam Moyses fecit, dicens, *Hic est sanguis testamen-ti quod pepigit vobisecum Deus, completū fuit ex parte populi fœdus eius cum Deo*. Propterea in Matthæo quū dixit Christus, *Bibite ex hoc omnes, subiunxit, vt causam bibendi Hic est enim sanguis meus noui testamenti*. id est, Ideo bibite, quia bibēdo perficietis ex parte vestra nouum testamentum, *Spiritualiter & eritis populus Dei* hac tessera fœderali accepta.

*manduca-* Ex hoc tertio modo elucescit secundum quod hoc loci *tio aut po-* explicandum diximus, nempe ad nouum testamentum *tis no suf-* ficiens, de quo hic Christus loquitur inter nos & Deum perfeciendū non sufficere spiritualem aliquā mandationē au- *nouum te-* stamentū *faciendū*, potionem corporis & sanguinis Christi, ut vult Caluinus, sed planè requiri externam, realem, & corporalem utriusque sumptio

sumptionem. Quod Christus in calice porrexit, erat *nouum testamentum in sanguine eius*, quatenus bibeatur ab Apostolis sanguis ille, non quatenus in sanguinem illum credebant. Dixit illis Christus: *Bibite ex hoc, hic est enim sanguis noui testamenti*. Non dixit, Credite in hoc, hic est enim sanguis, &c. Deinde, *vetus foedus percutiebatur ad spesso in populum sanguine*, & omnia foedera externis notis ac ritibus ob oculos positis percutiuntur. Sic hic externa sanguinis Christi exhibitione & intima per bibendum aspersione nouum foedus conditum & sanctum est. Nam illa verba, *Qui pro vobis effundetur, in praesenti tempore legenda sunt, iuxta omnes Evangelistas in textu Graeco, & sensus est, Qui pro vobis nunc distribuitur, & reali participatione singulis vestris intimè effunditur & adspergitur: ut videlicet veritas responderet figuræ*. Quam quum Moyses administraret, *accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Rursum quum Christi verba de pane, Accepit, fregit, ac dedit, item de calice, Accipiens gratias egit, ac dedit, externam Christi actionem euidenter exponant, necessarium est, ut alia verba Christi hinc dependentia & ex illis consequentia, Accipite, comedite, bibite, externam quoque acceptationem ac portionem rei datæ exprimant. Sicut enim externe accepit & dedit, ita à suis externe accipi & bibi voluit. Est igitur necessaria corporis & sanguinis Christi externa acceptio, manutentio, bibitio ad foedus & testamentum nouum in Christi corpore & sanguine sanctiendum.*

Quibus ita explicatis, omnia Caluini cauilla facile retundentur. Clamat stulte superstitiones esse qui verba Christi mortuus arripiunt. Alibi eos vocat syllabarum aucupes. Denique contemptum in syllabarum contextu superstitiones habere qui ordinem sacri textus obseruant. Quibus vocibus nihil non impudentius tantum, sed nec magis impium dici potuit. Eisdem quippe verbis omnies armantur heretici, ut diuinæ Scripturæ verbis conuicti, clamet stultiæ superstitiones esse fideles, & syllabarū aucupes, qui Scriptura verba mordicus arripiunt. Armatur Arius, ut si verbis illis, *Verbum caro factum est, prematur, respōdeat, Q. 3.* 3. num. 9. stulte superstitiones esse, & syllabarū aucupes, qui verba Euangelista mordicus arripiunt. Armatur Pelagius, ut si quis urget, Ephes. 2. Gratia salutis estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, respōdeat impius, stulte superstitiones esse, & syllabarū aucupes.

Rom. 1.

qui verba Pauli mordicus arripiunt. Armatur Manichaeus, si quis ei obiectat Apostoli verbum de filio Dei, qui factus est ex semine David secundum carnem, auctore Caluino circa se expedit dicens, stulte superstitiones esse, & syllabarum aucupes, qui verbum Apostoli mordicus arripiunt. Armatur denique omnes in viuens haeretici, ut quoties luculentu & aperto Dei verbo premuntur, vrgentur, refutantur, hoc unum cum Caluino perficta fronte respondeant, stulte superstitiones esse, & syllabarum aucupes, qui Dei verbum mordicus arripiunt. Hic est videlicet honor, huc reverentia quam divinis Scripturis defetur haeretici, quas solas omnem & vnicam esse veritatis normam obtendunt, ut quum ipsorum placitis illae relinquantur, proflulta superstitione habendum sit, si earum verba mordicus arripiantur. Manifeste indicant non magnopere eos curare quid velit Scriptura, modo clypeum illis suppeditat ad tuendam obstinationem. Haec Caluini hoc loco audacia, impietas, impudentia. Nos vero verbis Christi mordicus adhaerens, & adhaerendum esse in Ecclesia Catholica didicimus, nec illa Caluini insolentia ab hac sapientia & pietate piorum animos poterit auellere. Non stulte superstitiones sed sapienter pius ac fidelis est, qui ita mordicus diuinæ Scripturarum verba arripit, ut nulla haereticorum vel astutia vel o-

Tsal. 118.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

quitia ab illis se diuelli, id est, à luce ad tenebras (Lucerna enim pedibus meis verbum tuum) à veritate ad mendacium (qui enim ex propriis loquitur, mendacium loquitur) à verbo vite ad hominum commenta (verba enim vite aeterna Christus habet, quid nisi commenta hominum haereticorum glossæ sunt?) abducit se patiatur. Scilicet non debes Christi verba mordicus arripere. Et quare ut Caluini verbis mordicus adhaerens, Hec est execrabilis hoc loco huius hominis impietas.

Sed aliquid forte graue & consideratione dignum est, quod à tanta impietate Caluinum liberet, & quod eum mouere potuit, ut Christi verba mordicus arripienda non esse iudicaret. Audiamus quid dicat. Quamuis (inquit) crepent, haec Spiritus Sancti expositionem, quæ non Spiritus Sancti, sed ipius Caluini est. Spiritus Sanctus apud Luca & Paulum dicens, Hic calix est nouum testamentum in sanguine meo, non exponit quod apud Matthæum & Marcum Christos dixit, tenens in manu calicem, Hic est sanguis novi testamenti. Nec Paulus nec

Lucas

Caluini  
extrema  
impuden-  
tia.

Lucas aliorum Euangelistarum verba exponunt, quando hæc scripsérunt, sed dictante Spíritu Sancto Christi verba plenius, & in aliud finem expreſſerunt. Matthæus & Marcus simili-  
citer verba Christi ponunt, quibus quid daret significabat, nē-  
pe corpus & sanguinem suum. Lucas & Paulus illa Christi  
verba ponunt, quibus significabat, in quem finem corpus &  
sanguinem dedit, nempe ad sanciendum nouum fœdus ac te-  
flamétum cum nouo populo, ut jam explicatum est, & ut ipse  
Caluinus agnoscit. Nec Lucas nec Paulus causam narrat, cur  
calix vocetur sanguis, sed cur vocetur ab aliis Euangelistis  
sanguis noui testamenti. Nempe quia in illo sanguine esset  
nouum testamentum; in illo, inquit, accepto & hauſto. Nulla  
igitur in verbis Lucæ ac Pauli verborum Matthæi ac Mar-  
ci expositio est quoad nuncupationem sanguinis, sed bene  
quædam ampliatio, qua quorū Christus sanguinem suum  
dedit, Christum dixisse plenius commemorant, itemque  
quædam expositio cur Sanguis noui testamenti vocatus à  
Christo fuerit. Illam ergo expositionem non iam Spíritus  
Sancti sed nefarij Caluinij penitus reiicimus, qua dicitur,  
quod calix vocetur sanguis, quia testamentum est in sanguine.  
Nam idèo calix vocatur sanguis Christi, quia vere in calice  
est sanguis Christi. Ideò autem vocatur calix nouum testa-  
mentum in sanguine, quia in calice non solum ipse Christi  
sanguis est, sed etiam est per modum sanguinis fœderalis  
sue cœstamentarij, id est, in eum finem datus, ut sit sanguis  
fœderis noui testamenti, acceptus & hauſtus, sicut sanguis, quo  
Moyses totum populum aspersit, fuit iœdus & testamentum  
Dei cum veteri populo. Non ergo hic posterior sermo prioris  
illius sermonis, ratione vocabuli sanguinis, vel causa vel  
expositio est, sed auctoritas est, & ratio reddita in quem finem  
sanguis datur, quem prior sermo datum esse affimat, &  
quare noui testamenti sanguis vocatus est. Ergo verbis Christi  
mordicus inhaec dum est, tam iis quæ Matthæus & Mar-  
cus, quam iis quæ Lucas & Paulus scripsérunt. Vtrobique,  
simplicibus Christi verbis habenda est fides, quod nos contendere  
non oportere ait Caluinus. Et cur, obsecro? Christus (in-  
quit) ipse est idoneus sui sermonis interpres. Optimè. At ille,  
palam ostendit, non alia ratione se panem vocasse corpus suum,  
& calicem sanguinem suum, nisi quia nobiscum fœdus eternum  
pepit, ut sacrificio semel oblato spiritualiter nunc epulemür.  
Atqui hæc interpretatio non Christi sed Caluinij est. Obser-  
vandum diligenter, hæreticos iitos, & Calvinum maxime, stura.

Q 4

Christi verba & Christi interpretationem vocare, quæ ipsorum verba & ipsorum interpretatio sunt, non Christi. Altii serpentes Deum hoc dicere aiunt, quod ipsi dicunt, non Deus. Christus nec palam nec omnino ostendit se non aliaratione panem vocasse corpus suum, & calicem sanguinem, nisi quia nobiscum fœdus pepigit, &c. Ostendit sanè Christus se ideo dedisse corpus & sanguinem suum, ut per illa nobiscum fœdus æternum pangeret. Ideo enim de calice expreſſe dixit (quod & de corpore quoque intelligi aliquo modo posse non negamus) *Hic est nouum testamentū in meo sanguine.* Sed nec ostendit se panem vocasse corpus suum, quod Caluini mendacium est (non enim dixit, *Hic panis est corpus meum, sed dixit, Huius est corpus meum:*) nec in specie panis ostendens corpus suum, & in calice demonstrans sanguinem suum, dixit; *Hoc non alia ratione est corpus & sanguis meus, nisi quia hoc est nouum testamentum meum in illis;* sed iuxta Matthæum & Marcum designauit, adesse & sisti illic corpus & sanguinem suum; iuxta Lucam & Paulum palam ostendit, sanguinem sic adesse & sic sisti, ut in illo sit nouum testamentum, id est, ut per illum & illius sumptione nouum intretur fœdus aeternum. Ideò enim adiecit, *Accipite, comedite, bibite.* Non adiecit, *Istis immolatis in cruce, spiritualiter epulemini.* Hoc Caluini extraneum commentum est, cui claudenda sunt aura Christianorum. Christi, inquam, verba attendere debemus, qui sui sermonis idoneus interpres est, non Caluini commentum: quod ille statim absurdissimo paradoxo cōfirmat, quum ait: *Quia fœdus hoc non nisi spirituali corporis manducationi & sanguinis potionē sanctitur.* Sanctitur quippe hoc fœdus, viam ostendimus, reali manducatione, de qua Christus dixit, *Accipite, & manducate: item reali potionē,* de qua Christus dixit, *Accipite, & bibite ex hoc omnes.* *Hic est enim calix,* &c. ut supra satis explicatum dedimus. Ita impius Caluinus stolidè superstitiones vocans qui Christi verba mordicus arripuit, & iterum dicens, *Non esse cur simplicibus Christi verbis fidem habendam esse contendamus,* manifestè, perspicue, clarissime, à simplicibus Christi verbis, ad suam astutam & mendacem glossam Lectorem abducit; Christi verba peruerit, sensum corruptit; & ad suum impium commentum obtrudendum, Christi interpretationem ac nomen mutatur. Christi denique interpretationem & sensum nō in Christi verbis, *Accipite, comedite, bibite,* sed in sui cerebri figura, *Spiritualiter epulamini,* ponit. Hæc eius impietas, auda-

*Caluini  
mendacia.*

*Caluini pa-  
radoxum  
absurdum.*

quæ ipso-  
sti. Altui  
on Deus.  
iaratione  
i quia ne-  
e ideo de-  
um fœdus  
xit (quod  
non nega-  
nec osten-  
dendacium  
dixit, Hn-  
pussum,  
Hoc non  
oc est no-  
hæcum &  
nguinem  
nguinem  
m, id es-  
dus acce-  
bile. Non  
ini. Hos  
unt aura-  
debemus  
commer-  
nat, quum  
ducatione  
cedus, vi-  
tus dixit  
Christus  
alix, &c.  
inus ful-  
liripium,  
bis fidem  
, clari-  
& men-  
peruerit  
um orbi  
n mutua-  
in Chri-  
rebri fig-  
mpietas,  
auda

audacia, impudentia maior & execrabilior est, quam ut vllis  
penè verbis explicari queat, vnde & ad eam simpliciter pa-  
refaciendam paulò pluribus verbis vti necesse fuit.

## EXPOSITIONIS CALVINIANÆ

super hæc Christi verba, *Accipite, & comedite,*  
*Hoc est corpus meum*, refutatio.

**I**s nunc ita expositis & constitutis, totam hoc loco Scripturæ huius Euangelicæ depravationem à Caluino excogitatum breuiter refutabimus. Ne (inquit) sim nimium prolixus, tantum breuiter perfringam, qualis sit & quid in se contineat Domini institutio. Deinde quis sit eius usus, quatenus ex Euangelistis colligere li-  
cer. Atque hoc primum occurrit, Christum Cœnam instituere, Menda-  
quam inter se communicent discipuli. Vnde sequitur diabolicum  
esse inuentum, quod se unu homo à reliquo cœtu separans, pri-  
uatim Cœnam peragit. Quid enim minus consentaneum, quam  
distribui inter omnes panem, & seorsim ab uno vorari? Quam-  
uis ergo iacent Papistæ se in suis Missis Cœna Dominicæ habere  
substantiam, ex re ipsa tamen constat, quotquot celebrant pri-  
uatam Missas, totidem à Diabolo ad obruendam Christi Cœnam  
erecta esse tropæa. Hæc ille impostor impius & blasphemus.  
Christus quippe nō hīc Cœnam instituit, sed partim Sacra- Missa pri-  
mentum, partim etiam Sacrificium. Cœnantibus Apostolis ac- uata fru-  
cepit quidem Iesu panem, &c. nō quia Cœnam tunc aliquam stra impu-  
peragebat, sed quia finita Cœna Paschali, & immediate post gnata.  
cœnam familiarem atque communem, nouum hoc myste-  
rium aggressus est. Hoc ipsemet Caluinus hoc in loco fate-  
tur. Finita (inquit) Cœna sacrum panem & vinum gustarunt. & C.  
D. Lucas aperte scribit quod calicem accepit postquā cœnauit,  
quod idem de pane Christum fecisse mysterij plenitudo cō-  
uincit, & ipse Caluinus agnoscit. Quod de calice (inquit) pecu-  
liariter narrat Lucas, ego ad panem quoque extendo. Non er-  
go in hoc mysterio cœnauit aut Cœnā instituit Christus; sed  
nouæ legis Sacramentum & noui testamenti Sacrificium do-  
cuit. De Sacramento ipse Caluinus fatetur. Hoc sine contro- Sacramē-  
tum & Sa-  
ueria statui debet, abolitis figuris legalibus, proditum hic fuis-  
crificium &  
se nouum à Christo Sacramentum. Sacrificium hīc à Christo Christo in-  
etiam institui, illa verba verbis sacramentalibus adiecta, stitutum,  
Quod pro vobis datur, &c. Qui pro multis effundetur, manifeste non Cœn-

Q 5